



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac
Summa Potestate Rom. Pontificis**

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

4. De Consecratione Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

CAP. IV.

De Consecratione Papæ.

SUMMUS Pontifex, postquam à Serenissimis, & Illustrissimis Cardinalibus Canonice electus est, consecratur ab Eminentissimo Principe Episcopo Ostiensi Patriarcha Campaniæ, non ab aliis Episcopis, vel Patriarchis, sed nec ex ullius delegatione: quia Episcopus Ostiensis hanc auctoritatem, quam ei solus Rom. Pontifex concedit, alteri delegare non potest.

Licet enim Episcopus ea, quæ jurisdictionis sunt, inferiori demandare possit, non tamen ea, quæ ordinis altioris sunt, inferioris gradus Clericis committere permittitur, Abb. *in c. fin. de Cler. agrot. & c. penult. ext. eod.*

Forma consecrandi Pontifices, & Imp. habetur *in c. un. ext. de Sacr. Vnct.* De hac materia, vide *Aurifod. nostram, verb. Consecratio, pag. 242.*

CAP.